UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

**Ignacio <de Loyola>**

**Mogvntiae, 1600**

**VD16 I 56**

Modi tres orandi: primus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45165**

Visual Library

perfectio, terminis quibuſdam certis circumſcripta: quæ ab infinito illo, totius boni theſauro, ſicut lumen à ſole, & ex fonte aqua, deriuantur. Addenda ſupereſt reflexio prædicta in mei circumſpectionem.

COlloquium etiam in fine fiet, terminandum cum Pater noſter.

# MODI TRES
## ORANDI.

PRIMVS orãdi modus, deducendus eſt ex mandatis; ex peccatis ſeptẽ mortalibus; ex tribus animæ potẽtiis; & ex quinque ſenſibus conſideratis: vnde non tam habet orationis formam, quàm exercitij cuiuſdam ſpiritualis; per quod & anima iuuatur, & oratio DEO redditur acceptior.

Prius itaq; quàm hoc orẽ modo; iuxta illud, quod tertiæ additioni

æquipollet; ſedebo vel deambulabo pauliſper (prout ad animæ quietē facere videro) penſitans apud me, quo mihi accedendum ſit, & quid faciendum. Hoc idē additionis genus ad omnem orandi modū pręmitti debet.

ORatio præparatoria, gratiæ cōtineat poſtulationē, vt mihi detur agnoſcere, quicquid deliquero aduerſus decalogi præcepta, meque in poſterū emendare, intellectis illis exactius, & (vt par eſt) ad Dei gloriā & salutē meā ſolito cautius obſeruatis.

PRimo ergo, mādatum quodlibet ordine diſcutiam, attendens quo pacto ſeruauerim illud, aut violauerim, deq; ſuccurrentibus in memoriam delictis, veniam precabor, recitando ſemel Pater noſter.

Porro in excutiendis ſingulis pręceptis, ſatis fuerit inſumi ſpatium temporis, quo ter poſſet oratio Dominica percurri.

Notan-

Notandum tamen, quod circa præceptum, cuius præuaricatio rarior nobis accideret, minus immorandum eſſet; at eo amplius, quo lapſus fuerit ex aſſuetudine frequentior; idque ſimiliter circa mortalia peccata ſit præſtandum.

COmpleto de præcepto ſingulis diſcurſu, poſt mei accuſationem, & gratiæ implorationem, vt ea vigilantius deinceps cuſtodiam, colloquium dirigam ad DEVM, iuxta rei occaſionem.

SEcundo: ſimilem orationis modum proſequemur circa mortalia peccata, poſt additionem, & præparatoriam orationem, ſicut fecimus in præceptis. Nihil enim vtrobiqne varium occurrit, niſi quod ad materiam attinet; cum præcepta quidem ſeruanda ſint, peccata vero deuitanda. Cætera eadem ſunt; fietque itidem colloquium.

SCiendum eſt: peccatorum vitiorumque notitiam iuuari per contrariorum actuum,&habituum conſiderationem. Quapropter per gratiam diuinam,& piam quamlibet exercitationem, laborandum eſt vnicuiq;, vt virtutes ſibi paret, mortalibus peccatis ſeptem oppoſitas.

TErtio: circa tres animæ potentias idem ſequitur progreſſus,per additionem,orationem,& diſcuſſionem ſingularum, cum colloquio ad finem, faciendus.

QVarto: circa quinque ſenſus corporis,nulla re mutata præter materiã. Vbi ſubnotandum eſt,quòd, ſi quis optet in ſenſuum ſuorum vſu, CHRISTVM imitari, debet in oratione præparatoria ſeipſum ſuper hoc DEO commendare, factæq; ſenſuum ſingulorum examinationi,Dominicam orationem ſubiicere: ſi vero ſimilẽ affectet beatę Virginis Ma-

riæ imitationem, ei ſe commendet, tanquam à Filio id imperraturæ; & Salutationem angelicam, dum ſenſus excutit, identidem recitet.

## *SECVNDVS ORANDI modus ex vocum orationis ſingularum, perpenſa ſignificatione.*

ADditio eadem, quæ ſuperius, it præuia.

ORatio præparatoria perſonæ cõgruet, ad quam dirigitur.

SEcundus orandi modus eſt: vt flexis genibus vel ſedendo (pro habitudine corporis & animi deuotione) oculis vel clauſis, vel defixis in partem vnam, neq; huc & illuc motis, precationem Dominicam à principio recitemus, & in prima voce, quæ eſt, Pater, meditationis figamus pedem, quandiu circa eam, variæ nobis ſignificationes, ſimilitudines,